

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

XLIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

XLIII.

S. D. Reverende & clarissime vir, Patrone colende, Οὐ χρεῖς ἀγλαῖς, εἰς
ἀδάπτας, οὐτοις ἀσχάπτεις πρέψεις ἔχεις, οὐτὸς ἀγαλλεῖς ἀρδεῖς, οὐ μοφεῖς μωρόντος, πρεστίτης
in Ecclesia Dei, cum mentes & voluntates docentium, in Domino Deo, & con-
fessione veræ ac incorruptæ de Christo doctrinæ, sunt copulatae. Talem in
Ecclesia & Schola vestra restitutam esse concordiam, summa cum voluntate
ex proximis ad me literis tuis intellexi. Ac toto pectore opto, ut non ὑποθέ-
ανοῦμαι, sicut Thucydides loquitur, sed sincera & diurna sit concordia, & po-
steritati salutaris. Mihi cum lubricis illis anguis, ut tu nominas, & for-
mulis ambiguis ac ἐπαρφόπελος ζύγοις ante biennium aliquid negotii fuit: ut ex
pagellis de subscriptione confessionis Augustanæ, A. 4. & B. 1. intelliges. Et
Zanchi ἀπορεῖς plane ἀμφιβολοῦ esse video. Nam sicut credit, veram esse for-
mulam, ita etiam docebit. Quod de nostra Schola & Ecclesia quæris, scio,
Dei beneficio, mediocrem in vera de Deo doctrina, Lutheri ministerio insta-
rata, consensum esse. Ac proxime mense Junio, diurnæ illi, quæ inter
Principes Megapolenses, & hujus urbis Senatum, de Academia fuit, dissensio-
ni, finis optatus & salutaris tandem impositus, & ex Principum & Senatus
Professoribus unum Academiæ Corpus coagmentatum est. Tabulam lectio-
num hoc anno propositum existimo, me tibi proximo mense Martio misse.
Nunc ad manum non habebam. Addidi autem hisce literis alias pagellas, ex
quibus mediocriter hanc Scholam florere intelliges.

Vicina Ecclesia Wismariensis à Doctore Johanne Wigando regitur, cui in-
signia gradus Doctorum proximo die 12. Julii apud nos collata sunt. Et in
promotione à me recitata oratio de Johanne Fredero: Qui an veneno vel alio
contagio mortuus sit, incertum est. Anabaptistas omnes & Sacramentarios
in urbe Wismaria, Illustrissimi Principes nostri anno superiore, à delellis aliquot
Theologis audiri & institui: & contumaces extorta ditione relegari cura-
runt. Ita illud Augiæ stabulum recens expurgatum est. Bremensis Senatus:
adhuc ex urbe exulat. Novus, qui in urbe est, Senatus, Cives omnes novo ju-
rejurando in suam fidem adegit. Recusantes juramentum, ex urbe ejicit. Proximo mense Julio à Subdelegatis Commissariis Imp. Goslatiae causa Exu-
lum tractata est. Recessum 7. Julii factum mitto. Inter vicinos Reges Da-
niae & Sueciæ atrox bellum exarsit, ad quod proxima die Jacobi, Rex Dani-
eus cum equitatu suo ex urbe Hafnia movens, in Sueciam profectus est. He-
xi in hanc urbem Rostochium venerunt Ericus à Berlepsch & Doctor Cracovi-
us, Consiliarii Augusti Electoris, ut sui Principis nomine, tractationi de pace
intersint. Ericus dux Brunsuicensis copias conscripsit, quas cæteri ordines
hujus inferioris Saxoniæ, vi dissipare nituntur. Ea de re Conventus Brun-
sui-

A. 1563.

PARS TERTIA.

155

suigae ad diem 10. Augusti indictus est. Sed haec à nostra conditione aliena re linquo. Conterranei tui quinque apud nos recte valent & diligenter discunt ac modeste vivunt. Fruuntur communi Mensa superiori mense primum instituta. Cujus convictores singulis annis 13. Joachimicos pro cibo & potu numerant. A te vicissim literas de vestræ Ecclesiæ & Scholæ & rerum Gallicarum statu & synodo Tridentinâ &c. expecto. Bene vale. Cal. Augusti Anno 1563.

David Chytraeus.

LXIV.

S. D. Reverende Domine Superintendens, frater cariss. Cum hic egregius vir, nobilitate generis virtute & candore p̄æstans, Dominus Wolfgangus à Seebach, quo cum mihi jam olim in adolescentia utriusque multis usus fuit, quique me indignum & obscurum homunculum pro sua bontate complectebatur tunc & sibi adjungebat, mihi exposuisset familiaritatem, quæ sibi tecum intercederet, cum quo s̄æpe conferret de communibus Ecclesiæ afflictionibus: facere non potui, quin per eum tuam pietatem salvarem, & okenderem, mihi ipsius conspectum & colloquium gratissimum fuisse, non eotantum, quod veteris nostræ dulcis tunc conversationis & conjunctionis historiam, mihi in memoriam revocabat, unde magna ex parte exciderat propter curarum & laborum varietatem, quas interea temporis sustinui: Verum ideo quoque, quod de te & certaminibus difficultibus tuis multa commemorabat, quæ me jam anxie expectantem, quid Helvetii & Palatinici contra meum impolitum scriptum de Cæna Dominica opposituri sint, non leviter exercent & confirmarunt, ut sperem, DEUM animum mihi additurum, ut perfesse queam, si quid contra me dicatur asperius. Venerè abhorreo à certaminibus, & illorum occasione fugi hæc tenus studio, quanto potui, & in hac intricata causa multo libentius voluisse scriptum omnem omittere, non quod de sententia, quam tueor, dubitem, sed quod facile p̄ævidere animo poteram, non defuturos aliquos, qui qualunque meum scriptum exagitatur & impugnatur essent, quibus si responderem postea, fore, ut dicatur per me hoc certamen vel renovatum vel auctum. Sed consolor me conscientia voluntatis, non ambitione aut ulla reprehensione digna ratione impulsæ, sed compulsæ ad hujus scripti editionem ab iis, quorum autoritatem defugere mihi non fuit integrum. A te vero peto pro coniunctione nostra, Reverende Domine Doctor, frater carissime, non solum ut mecum doleas, si videris me duriter flagellari ab iis, qui

U 2

fuæ